Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

de edon: tinctis uestibus de bosra: Iste formo
sus in stola sua: gradiens in multitudine for
titudinis sue. Ego qui loquor iustitiam: et pro
pugnator sum ad saluandum. Quare ergo
rubrum est indumentum tuum: et uestimen
ta tua sicut calcantium in torculari: Torcular cal
cauui solus: et de gentibus non est uir mecum.
Calcauui eos in furore meo: et conculcauui in ira
mea. Et aspersus est sanguis eorum super uestimen
ta mea: et omnia indumenta mea inquinauui.
Dies enim ultionis in corde meo: et annus re
tributionis mee uenit. Circumspexi et non erat
auxiliator: quesiui et non fuit qui adiuuaret et
saluauit michi brachium meum in indignaci
one mea. ipse auxiliator est michi. Miserico
rdias dei recordabor: laudem domini annunciaui
super omnibus que reddidit nobis dominus ds nr.
In diebus illis. Dixit ysaias. Do ysaie phe.
mine: quis credidit auditui nro: et brachium do
mini cui reuelatum est: Et ascendet sicut uirgul
tum coram eo: et sicut radix de terra sitienti. Non
est species et neq; decor. Et uidimus eum et nō
erat aspectus: et desiderauimus eum despectum et
nouissimum uirorum uirum dolorum et sicien
tem infirmitatem. et quasi absconditus uult
eius et despectus. Unde nec reputauimus eum.